



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 3. Sancta Caroli vita, ejusque desiderium sese ad Monasterium  
recipiendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

nem exutum iri crederent: histamen non Sæcul XVI.  
attentis ipse Sacris Ordinibus initiari vo- A.C. 1565.  
luit, atque Anno post Christum natum  
millesimo quingentesimo sexagesimo se-  
cundo ad Sacerdotium promotus a Papa  
Presbyter Cardinalis tit. sanctæ Pra-  
xedis nominabatur: postea autem Ma-  
jor Ecclesiæ Romanæ Pœnitentiarius,  
neconon Ecclesiæ ad S.Mariam Majorem  
Archipresbyter, & quorumdam Regno-  
rum, ac diversorum Ordinum tam Re-  
ligiosorum, quam Militarium Protector  
renuntiatus est: insuper acceptare e-  
tiam cogebatur Legationem Bononien-  
sem, & Anconitanam: præterea jam  
supra retulimus, quanto studio sese Sy-  
nodi rebus impenderit, quantaque sol-  
licitudine prosperum illius exitum pro-  
curare fategerit.

### §. III.

#### *Sancta Caroli Vita, ejusque deside- rium sese ad Monasterium recipiendi.*

Vix summus Pontifex, ejus Patruus *Vie de Bar-*  
Tridentinam Synodum confirma-  
verat, cum illico Carolus in semetipso *tho. des*  
ea, quæ circa mōrum emendationem *Martyr.*  
ibidem præscripta erant, exequi inci- *l. 2. cap. 23.*  
peret, hinc præprimis a suo obsequio *pag. 264.*  
dimittebat octoginta domesticos, quos *Ripemont.*  
*Hist. Eccles. Tom. XLVII. B b* tamen, *l. 2. c. 12.*

Sæcul. XVI. tamen, quin illos largiter remunera-  
A.C. 1565. retur, non abire jussit, paucos dunta-  
xat sibi reservans, quos ad Clericalis  
Instituti professionem magis aptos cen-  
sebat, ipse vero omni luxu, ac inutili  
sumptu longius exulare jusso nonnisi  
laneis vestibus utebatur, semelque in-  
tra hebdomadam solo pane, & aqua  
contentus jejunabat: insuper jam ab  
illo temporis momento gerendis Ec-  
clesiæ negotiis nuntium misisset, & Re-  
ligiosorum vitæ in quodam Monasterio  
sese sociasset, nisi ab hoc proposito per  
Bartholomæum de Martyribus Braca-  
rensem Archiepiscopum amotus fuisset;  
hic enim sanctus Præful Borromæo au-  
ctor extitit, ut potius in sua Diœcesi  
moraretur, quamprimum id ei per Ec-  
clesiæ negotia liceret: monuit tamen,  
ut nihil præcipiti consilio ageret, sed  
consideraret, quod Pontifex ejus Pa-  
truus jamjam senio confectus esset, qui  
si Ecclesiæ negotiis sese subduceret, fa-  
cile ei adjungi posset alius, qui Ponti-  
ficiis auctoritate, ac nomine abutere-  
tur: consultius igitur fore hic Præful  
suadebat Borromæo, si tempori indul-  
geret, cunctasque res ita disponeret,  
ut quantocius secedere posset, quam-  
primum funesta mala, quæ tum ori-  
rentur, præveniendi opportunitatem  
Deus ei suppeditaverit. Huic consilio

tam

inera-  
unta-  
ricalis  
cen-  
utili-  
onnii  
e in-  
aqua-  
m ab  
Ec.  
z Re-  
terio  
per  
raca-  
iffet;  
au-  
ecesi  
Ec.  
nen,  
sed  
Pa-  
qui  
fa-  
nti-  
ere-  
esul  
dul-  
ret,  
am-  
ori-  
em  
lio  
am-

tam salutari mox aquiescens Cardinalis Sæcul. XVI.  
ad suum, quem pro Diœcesis regimine A.C 1565.  
habebat, Vicarium Generalem perscri-  
bens, eidem Episcopum Suffraganeum  
Hieronymum Ferragaram submisit, ut  
Diœcesin lustraret: alterum vero Vi-  
carium constituit Nicolaum Ormanet-  
tum Veronensis Diœcesis Parochum,  
cujus probitatem, prudentiam, atque  
ingentem juvenes scientiis Ecclesiasticis  
imbuendi dexteritatem sibi sat perspe-  
ctam habebat.

#### §. IV.

#### *Borromæus relicta Aula Romana Mediolani in sua Diœcesi commorans.*

Ormanettus alteram Mediolanensis Raynald.  
Diœcesis partem lustrans Synodum hoc ann. n. 21.  
celebrabat, cui mille ducenti Ecclesia-  
stici intererant, quorum opera tandem  
ingens Reformationis opus inchoaba-  
tur; cum autem Ormanettus novas in-  
dies difficultates succrescere cerneret,  
petita a Cardinale redeundi venia ei-  
dem exposuit, quod absque proprii  
Pastoris præsentia haud amplius hanc  
Ecclesiam rite regere posset. Ad hu-  
jus monita mox Carolus denuo Papam  
rogabat, ut ipsi in sua diœcesi remanendi  
copiam dare vellet, tandem etiam id

Bb 2

ab